

1249, maig, 18

*L'abadessa Berenguera de Sant Daniel estableix a Guillem de Comelles, prevere, un pati situat dins de la ciutat de Girona, a cens d'un parell de capons i un aureum d'entrada per cada nou posseïdor, per 10 sous d'entrada.*

ASD núm. 150, perg. orig., 380 x 195 mm, carta partida.

[Sit] notum cunctis quod ego Berengaria, Dei gratia abbatissa monasterii Sancti Danielis, consilio, assensu et uoluntate tocius conuentus eiusdem loci, per nos et successores nostros in presencia Amalli Dei gratia abbatis Sancti Petri Gallicantu et Amalli de Miniana, Gerundensis [archidiaco]ni et Guilielmi Gaufredi et Amalli de Oliuis, canonicorum sacerdotum eiusdem ecclesie et magistri Raimundi Iohannis eiusdem ecclesie damus et stabilimus tibi Guilielmo de Comellis, presbitero et tuis et quibus uoueris habentibus utile dominium tuarum domorum quas modo inhabitas, illud cortale quod se tenet cum domibus tuis quas habes infra muros ciuitatis Gerunde que fuerunt Raimundi Titionis, condam defurtcti, sicut affrontat predictum cortale ab oriente in domibus Sancti Cucuphatis, a m:eridie in predictis tuis domibus que fuerunt condam predicti Raimundi Titionis, que tenetur per ecclesiam sedis Gerunde, scilicet per preposituram mensis decembris, ab occidente in domibus Sancti Danielis, a circio in domibus quas Guilielmus Zabaterii tenet per altare Sancti .Sepulcri quod situm est in sepulcro ecclesie Gerundensis, cum exitibus et ingressibus, pertinentiis et tenedonibus suis et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus et cum omnibus melioramentis et augmentis factis et quocumque modo de cetero faciendis de habisso usque ad celum et prout melius et utilius potest dici, cogitari, intelligi ad omnem tuum commodum et orhniun tuorum successorum habentium utile dominium domorum quas inhabitas, sic damus et stabilimus tibi et tuis predictum cortale ad omnem tuam uoluntatem et predictorum successorum in perpetuum faciendam, ita quod in pariete domorum que tenentur pro Sancto Danieli claudantur ostia et portalia, set tantum possint ibi fieri fenestrale uel spierie ita quod aliquis non possit inde extrahere caput per aliquam fenestram nec inhabitantes domorum Sancti Danielis possint habere ibi aliquam cloacham uel proicere aquam sed solum stillicidia recipiantur in dicto cortali a te dicto Guilielmo de Comellis et a successoribus tuis tenentibus dictas domos tuas, et monasterium Sancti Danielis habeat medietatem in pariete qui est infra domum Sancti Danielis et porticum predictarum domorum tuarum et tu aliam medietatem, et conuenimus tibi et successoribus tuis per nos et omnes nostros hoc donum siue stabilimentum facere habere, tenere, possidere in pace et secure contra cunctam uiuentem personam, obligantes ad hec tibi et successoribus tuis omnia bona et iura monasterii Sancti Danielis ubique pertinencia, salvo iure predicti monasterii Sancti Danielis in omnibus, cui dabis annuatim pro censu infesto Natalis Domini unum par caponum et quandocumque mutabitur ibi aliqua persona habens utile dominium predictarum tuarum domorum uel donationem uel uenditionem uel permutationem uel

successionem uel qualicumque alio modo fiat mutado, donetur a persona ibi muta ta de nouo- statim in principio sue adquisicionis utilis domini predictarum domorum monasterio Sancti Danielis unum aureum boni finique auri rectique ponderis, scilicet in ter laudimium et tercium et omnia alia que a dicto monasterio possent inde exigí et dictum monasterium aliquid aliud in dicto cortáli uel racione dicti cortalis exigere non possit a detentore dictarum domorum et dicti cortalis et semper dictum cortale sit de tenedone dictarum tuarum domorum et a dictis domibus et utile domini dictarum domorum ab ipso separari non possit. Et propter hanc donationem seu stabilimentum, ut firmiter habeatur, accipimus a te decem-solidos barchinonenses, ualente marcha argenti .LXXXVIII. solidos; de quibus fatemur a te nos esse bene paccatas, renunciando excepcioni non numerate peccunie.

Actum est hoc .XV. kalendas iunii armo Domini .MCCXL. nono.

+Berengaria, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa\*. Sig+num Berengarie de Pelegreto, priorisse, sig+num Guilielme de Torrente, piaterie, sig+num Ermessendis de Darnicibus, cellerarie, sig+num Beatricis de Palerie, sacristane, sig+num Cecilie de Fuxano, sig+num Agnetis de Solerio, sig+num Saurine de Sancto Andeolo, sig+num Agnetis de Schala, sig+num Berengarie de Basso, sig+num Geralle de Bierto, sig+num Raimunde de Palaciolo, infirmarie, sig+num·Geralle de Oliuis, sig+num Adalaidis de Castilione, sig+num Berengarie de Uillaromano, monialium monasterii Sancti Danielis, qui hoc firmamus et laudamus. Arnallus, Sancti Petri de Gallicantus abbas subscribo\*. Sig+num Arnalli de Miniana\*. (s. man.) Ego Arnallus de Oliuis Gerundensis presbiter et canonicus, testis subscribo\*. Ego Raimundus de Candela, capelanus Sancti Danielis, subscribo\*. Sig+num Guilielmi Gaufridi, Gerundensis presbiteri canonici, testis\*. +Magistri Raimundi Iohannis qui hoc firmo tamquam testis. Sig+num Guilielmi de Podiata de Dalle Sancti Danielis, sig+num Mathei de Uilauro, sig+num Gerundensis, qui stat in ualle Sancti Danielis, sig+num Petri Belessa de Bierto, testium.

Sig(s. man. )num Iohannis de Porchariis, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerundensis notarii. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 308-310